

Mythologia, Francfort, 1581 - IV, 08 : De Endymione

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[38\] : De Atlante & Endymione](#)

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre IV

Ce document est une version augmentée de :

[Mythologia, Venise, 1567 - IV, 08 : De Endymione](#)

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre IV

[Mythologie, Paris, 1627 - IV, 09 : D'Endymion](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre IV

[Mythologie, Lyon, 1612 - IV, 08 : D'Endymion](#) est une traduction de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Francfort, 1581 - IV, 08 : De Endymione, 1581

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 05/12/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/5944>

Présentation du document

PublicationFrancfort, André Wechel, 1581

ExemplaireRegensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307

Formatin-8

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Paginationp. 336-338

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Endymion](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 25/11/2024

diuinas, illas esse scripsit, quæ Pleiades vocantur: ut Celæno Saturni sit anima, Sterope sphaeræ Iouis, Merope Martis, Electra Solis, Alcyone Veneris, Maia Mercurii, Taygete Lunæ: quarum alix cum suis planetis, alix cum aliis Diis rem habuisse dicuntur, quod Ouid. indicauit lib. 4. Fastorum;

*Pleiades incipient humores relenare paternos,
Quæ septem dici, sextamen esse solent:
Sed quod in amplexum sex hinc Venere Deorum.
Nam Steropen Marti concubuisse ferunt,
Neptuno Alcyonen, & te formosa Celæno;
Maïam, atq; Electram, Taygetenque Ioui,
Septima mortali Merope tibi Sisyphæ nupsit.
Punitet, & facti sola pudore latet.*

Cætera multa quæ de his fabulantur antiqui, prætermittenda censui in præsentia, quia ad hanc partem suscepti negotii non attinent. Nunc de Endymione dicamus.

De Endymione.

CAP. VIII.

ENDYMION autem fuit Æthlii filius & Calices. Hic ut scribit Pausanias in Prioribus Eliacis, à Luna fuit amatus, ex qua filias quinquaginta suscepisse fabulantur, cum tamen alii tres tantum filios inquam, Præonem, Epeum, ac Ætolum, filiam Eurydicen ex Asterodia, vel Chromia, vel Hyperippe illum suscepisse. Habuit filiam præterea Pisam, quæ Pise Olympicæ nomen dedit. Habuit Endymion filium etiam Ætolum, à quo Ætolia dicta est, cum antea Hyanthis diceretur, ut ait Demaratus in primo libro de mutatis nominibus prouinciarum & locorum, quamuis alii Mortis, alii Martis eum fuisse filium crediderunt. Huic alium filium addidit Isacius cum ita scribat: † †

Alii dicunt quod Phthir fuit Endymionis filius, quidam addiderunt illi filium Eleum, quem ex Eurycyda suscepit, qui imperauit Epeis, à quo postea vocati sunt Elei. Hunc aiunt Iouis fuisse nepotem, quippe cum Æthlius Iouis & Protogeniæ fuisset filius: qui munus id à Ioue obtinuit, ut vitæ mortisque sibi esset arbiter, ut traditum est ab Hesiodo, Acæsilao, Pisandro, Pherecyde, & Nicandro in secundo rerum Ætolicarum, & ut scripsit Theopompus in Epopæis. Fertur præterea Iupiter illum in cælum accepisse: quem, cum lunarem vitare conatus esset, deceptum ab idolo oblato ad inferos de-

detruisit. Fuerunt qui dicant Endymionem fuisse Elidis Regem, atque ob iustitiam in Deorum numerum relatum, mox impetrasse à Ioue ut perpetuò dormiret: quem alij Spartanum, alij Eleum esse crediderunt. Fama est hunc in Latmo Cariae monte in antro quodam versari solitum, ubi ciuitas erat Hetraclea, ut scripsit Nicander in secundo Europæ. Dicunt Lunam in illud antrum venire solitam, & cum Endymione congregi, quod ita attigit Ouidius in Epistola Leandri:

Non finit Endymion te pectoris esse seueri.

Fac subeant animo Latmia saxa tuo.

Cicero tamen libr. primo Tusculanarum disputationum perpetuò dormientem Endymionem in Latmo Cariae monte à Luna adamatum dicit sola oscula Lunæ accepisse, neque vnquam expectectum fuisse, cum ita scribat: Endymion verò, si fabulas audire volumus, nescio quando in Latmo obdormiuit, qui mons est Cariae, nondum opinor expectectus. Num igitur eum curare censes, cum Luna laboraret, à qua consopitus putatur, ut eum dormientem oscularetur? quod ipsum scripsit etiam Lucianus in dialogo Veneris & Lunæ. Theocritus felicem putauit Endymionem, quia semper dormiret, neque vllas sentiret molestias, cum ita scribat in tertia Æglog.

*Ζαλαιοτὸ μὲν ἔστι τὸν ἀτρεπὸν ὕπνου ἰαύων
Ἐνδύμιον.*

*Inuideo dulci somno, semperq; granato
Endymionem.*

Atq; tot ferè sunt de Endymione fabulosè ab antiquis tradita.

Nunc quæ causa horum fingendorum fuerit, inuestigemus. Atque primum scire conuenit multa antiquos ad illustrium virorum perpetuam memoriam consinxisse, quæ postea fabulosis ornamentis vestita ad humanæ vitæ utilitatem & eruditionem fuerunt informata. Sic illa quæ dicta sunt de Endymione, ad perpetuam eius vitæ memoriam ab antiquis poetis fuerunt ficta. Qui verò magis historicè rem explicarunt, dicunt Endymionem dictum fuisse in eo monte perpetuò dormire, & à Luna amari, quia cum dormiret per diem, per noctem, quo tempore feræ exire solent de suis latebris, ad Lunæ lumen venarentur, neque vnquam per diem videbatur. Alij dicunt primum Endymionem rerum sublimium speculationem inuenisse, cui rei fabula: locum dedit Luna ob tam varias

*Endymionem amantem
Lunam qui
quodammodo pectus
conspicitur
nam de pectus
amantem*

luminis formas & mutationes, cum de illa præcipue cognoscenda esset sollicitus: qui cum noctu his considerationibus esset intentus, somno non fruebatur, ac dormiebat per diem. Hic prior, ut testatur Lucianus in Astrologia, Lunæ rationem mortalibus ostendit, sicuti Phaethon deprehendit solis cursum: quæ causa extitit cur Luna illum amasse dicta sit, ut testatur Plinius in libro secundo. Non defuerunt tamen qui Endymionem hominem segnem, ac somno desidiaque deditum fuisse putarint, unde in illos qui sunt huiusmodi convenit id dictum, *Somnus Endymionis*: in illos enim convenit, qui negligenter ad id aliquid faciunt, ut dormire videantur. Neque mirum videri debet Endymionem virum Astronomiæ peritum, & in considerandis stellarum cursibus diligentissimum, ab illis segnem & voluptarium fuisse creditum: cum etiam Æneas, quem nonnulli tantopere extollunt laudibus, ut bibax & gloriosus & iactabundus ab Apolline carpatur apud Homerum in lib. vigesimo Iliadis:

*Αἰνείας Τρώων βασιλεύς, πᾶσι πικρὰ λαὸν
τῶν Τρώων βασιλεύς, ὅς τ' ἐπ' ἔχ' οἰονοτὰς;
Ænea, Troium ductor, quò grandia facta,
Qua Reges inter, repletaque pocula latns
Pollicitus fuerat?*

Quæ res fortè causa fuit cur Æneas Veneris & Anchisæ filius creditus sit. Me tamen non præterit alios fuisse, qui pastorem fuisse Endymionem putarint, qui nocturnis pascuis delectaretur, cum alij pastores clausos greges in stabulis haberent: atque cum huius greges magnopere pinguescerent, fabulæ datus est locus, quod Luna eius amore capta illud Endymionis gregibus donaret. Hunc mortuum esse & sepultum apud se testati sunt Elci, qui insigne sepulchrum illi erexerunt. Nihil aliud autem per hæc significatur, quàm diligentiam omnibus in rebus esse utilem, cum maximè Dei auxilium iis præcipue præsto esse solet, qui & ipsi non sint desides, & illud suppliciter imploraverint. Nam cerè quidem Deus non fauet desidia. At Endymione relicto de Fortuna dicamus.

De Fortuna. CAP. IX.

DE Fortuna, quæ maximè omnium Deorum in quotidianis sermionibus nominatur, & penes quam omnes humanæ vitæ mutationes, omneq; facultatum, & honorum,
& ami-